UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Guido C S. Silvinus Eps. S Bona V. 12. Sep.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Guido C S. Silvinus Eps.
S Bona V. 12 Sep.

Præparatio ad mortem.

Diſce bene vivere & diſces bene mori, vix male moritur, qui bene vixerit. Aug.

Exaudi, quæſumus Dne, preces noſtras quas in B Guidonis Conf. tui (B. Silvini. B. Bonæ) ſolemnitate deferimus, & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis per D. N. Ieſ. &c.

Ora pro morientibus &

1.S.GuidoBrabantinus, Adoleſcens ſeſe D. Virgini addixit, nempe ædituus eius alicubi factus, cum ab eo inſtituto ſuaſione alicuius eſſet abductus, infeliciter ei alia cæpta ceſſerunt, quibus ille viciſſim cedens ad pietatem redijt, & viam in cælum munivit. A.1112.

2 S. Silvinus Epiſcopus veronenſis XXXVIII. in doctrina Chriſtiana ſuis Civibus tradenda multum laboravit, lætiſſimus erat cum alicui benefecerat. Iejuniis & Orationi nihilominus charitate in proximos, & ſeveritate in ſe ſcalam ſibi tutam in cælos conſtruxit.

3 S Bona V. in Ægypto, Matrimonium Nobili Iuueni, quod Chriſto ſe deſpondiſſet, negavit; timens autem ne blanditijs vel vi flecteretur, latenter effugit, Dno conſecrata.